Intercam ad inscriptionem praesentem et inscriptionem praesentem ad praedictis interassa vicissim in toto referens. Idque sub vadio Duorum millium et quadringentorum florenorum pecuniae polonicalis per partem, parti cum successoribus utriusque partis ob non completionem contentorum Interca praefatae omnium et singulorum tam in toto quam in particulis quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus memoratae partes requisitae utraeque se suosque successores inque suis bonis suis quibus omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis inscribunt et obligant inscriptionem praesentem roborandam ex his Actis Castrensibus autentice depromptis ad Acta Terrae Praemisliensis sive coniunctim sive seorsim ante decursum unius anni transferre et transportare sub simili et speciali vadio Duorum millium et quadringentorum florenorum pecuniae polonicalis praedeclarato requisitae Partes utraeque una alteri ac posteris suis ob non transportationem inscriptionis praesentis pro tempore et loco supra expressis ad solvendumque succumbendo. Pro quibus quidem vadiis vel vadiis modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro se aliqua praemissis ex praemissis non completa Complendaque praemissis Citata eius pars una pro missa non tenerit aut eius successores Ad instantiam partis alterius praemissa tenentis vel illius posterorum Ad officium praesentem Castrensem Capitanealem Praemisliensem ex hoc recessu suprascripto quoad sendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere intereire vadia praefacta luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac posteros suos ad eadem omnia obligat eundemque terminum primum peremptorium Terminum et alios omnes consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios terra infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad quietationem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem utroque praecedentibus Terminos officii praefati Castrensis Praemisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque moniones appellationes ac cautiones praesignationes faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis quaestionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrae bello Conventionesque et aliis omnibus iuris remediis ac defensis.

---

fensis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Quinta post Festum Omnium Sanctorum proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo.

7/XI 1630

Wysoczanski Generoso Jaminski Inscriptio

Comparens personaliter Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Paulus Wysoczanski olim Generosi Andreae Wysoczanski Wiaskowicz filius sanus mente et corpore existens a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedo huic autem iurisdictioni Castrensi Praemisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Generoso Stephano Jaminski et ipsius posteris summam Ducentorum florenorum pecuniae polonicae Communis monetae et numeri in Regno Currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicis computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique apud ipsum praerecognitum pecuniae tenetur atque debet. Quam quidem summam supra scriptam Ducentorum florenorum pecuniae polonicae memoratus recognoscens Nobilis Paulus Wysoczanski se suosque successores in et super bonis suis quibus omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis praefato Generoso Stephano Jaminski et ipsius posteris inscribit et obligat hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate ventura dare solvere et coram officio actisque praesentibus Castrensibus Praemisliensibus realiter et in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ab eodem Officio non officiendo nec arestare vel quovis alio modo impugnare. Idque sub vadio similis summae Ducentorum florenorum pecuniae polonicae per praefatum recognoscentem Nobilem Paulum Wysoczanski eiusque successores suprascripto Generoso Stephano Jaminski et posteris ipsius ob non solutionem summae praefatae praemissis pro tempore et loco supra expressis ad solvendumque succumbendo. Praeterea memoratus recognoscens Nobilis Paulus Wysoczanski suprascripto Generoso Creditori suo et posteris eius dat et concedit plenariam facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem praesentem debitoream ex his Actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrae Praemisliensis

quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportatio tanti valebit acsi per ipsummet reqventem transportata foret. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubuerit ac pro summa ipsa praenotata non soluta solvenda citatus existens memoratus requirens Nobilis Paulus Wysoczanski et ipsius succes sores ad instantiam supradicti Generosi Stephani Suminski aut eius poste rorum ad officium praesens Castren Capitaneale Premisliensis exhunc recessu suorum praesentium quoad vendum spectat mediante semper in primo citationis ter mino tanquam peremptorio stare iuri parere videre vadium praefatum luere in scriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legione intra velextra Regnum ser vitio militari ad munimenta ad victoriam vel aliis quibusvis dilationibus et legationibus impedimentis non differendo adquietationem ultra proximos terminos officii praefati castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque modo rebus pettoribus laccanum prosequutionibus faciendo ac praemissa omnia penitus simplicibus vel fricatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praecisione termini bello convocationeque et aliis omnibus iuris remediis ac defensis non subterfugiendo attestatia praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Premisliensi Sabbato ante Festum Sancti Martini Pontifi cis proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo.

9/XI
1630

Leskowacki Fratri suo Obligat

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Iwan Leskowacki olim Nobilis Iwanko Leskowacki filius sanus mente et corpore existens a terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet secum successoribusque bonisque suis quarumvis omnibus totaliter et plenarie incor porando atque subiiciendo palam libere publice ac expressum requisivit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria videlicet certam sortem in villa Leskowate sitam iacentem inter metas Nobilium Leskowackich Sliwiat consistentem excepto Laborioso

Halus

Halus Misko subdito suo ad eandemque sortem antiquitus pertinente una cum tertia parte agri in quo locatus est quem ipse requirens subnexum inscriptionis praesentibus non cadere declarat sed illum pro se reqvirente cum suis successoribus integre reservat et iam praesenti inscriptione exuipit et eximit) in terra et districtu praesenti Premisliensi iacentem cum omni praemissorum iure dominio et proprietate. Cumque omnibus et singulis bo norum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obven tionibus attinentiisque et pertinentiis quarumvis universis nullis penitus exceptis nec pro se suisque successoribus aut alio quopiam reservatis et exceptis sed omnibus in genere et singulis in specie comprehendo generi per speciem et e contra in nullo derogando verum ita late longe circumferendo prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et pretendit ac prout eadem bona ipsemet requirens solus tenuit habuit et possidebat ac ipsum con cernebat ac eidem serviebat. Iam ex nunc et de facto Nobili Andreae Lesko wacki fratri suo germano et illius posteris in summa Octuaginta florenorum pecuniae polonicae communis monetae et numeri in Regno currentis florenum quem libet florenorum per grossis triginta polonicis computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatae pecuniae hinc et a datu praesenti ad Festum Conversionis San cti Pauli Apostoli proxime et immediate venturum et in defectu profici exem ptionibus exhunc ad aliud simile Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli per annum proxime tunc venturum et sic consequenter de anno ad annum fe sto ad Festum annis et Festis continue et immediate se sequentibus usque ad exemptionem bonorum eorundem et summae praefatae totalem et indivisam post eodem inscriptis obligavit et invadiavit prout praesentibus inscribit obligat et invadiat. Etiam ex nunc ipse requirens Nobilis Iwan Leskowacki supradicto Nobili Andreae Leskowacki fratri suo germano coram officio praesenti in bona supradicta obliga ta posterisque ipsius dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque et Nobiles duos iam ex nunc ipsi ab officio praesenti additos die quacunque voluerit officio se acceptandi. Per ipsum obligatarium suam et posteros eius bona supradicta obligata tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi ac ad usus suos suorumque successorum quos vis beneplacitos libere et effectualiter convertendi modo ac titulo obligatorio. Debebitque ac tenebitur memoratus requirens Nobilis Iwan Leskowacki prout sea